

thesin : quod cum resurrectum sit idem numero corpus, secundum substantiam, reuersum etiam sit secundum eandem complexionem.

Vnde porro colligimus nullū esse dubium humores corporis humani vt partes substanciales mansuros certè in corporibus beatorum. Deinde non esse dubium , quin in hisce humoribus mansuræ sint quoque qualitates, calidum, frigidum, humidū & siccum: Alias enim ὄμωνυμα diceretur tantum sanguis esse sanguis, si nec calidus, nec frigidus, nec humidus, nec siccus dici posset. Idem verum est de aliis. Hisce ergo extra dubitationis aleam constitutis & præsuppositis, redimus tandem ad propositam quæstionem , an etiam pugna futura sit harum qualitatum in corpore ? Calidum enim pugnat cum frigido & contra.

Si quis affirmet vltetius quæstio est, an non ista pugna tandem eruptura sit in neruum , & destruētura vel alterutram qualitatem patientem vel etiam totū subiectum? Itaque vt ex his quodammodo nos extricemus, dupliciter has qualitates considerare debemus: Primò ratione actus primi, vnde habent hoc , quod sunt, & à se inuicem variat. Secundò ratione actus secundi, quo se mutuò inuadunt, & quasi hostiliter iugulant pro rariōne intentionis & remissionis. Hoc modo rem corruptunt & se lādunt: illo modo necessario ad κράσιν εὐγέλικην subiecti requiruntur.

Nullum enim compositum aut ex calido & calido, aut ex frigido & frigido, sed ex calido & frigido constituitur. Glorificatio ergo sic beabit corpora beatorum, vt anima glorifica ta compescat vim actus secundi, ne apicem Analogiæ & Cræscos debitæ inesse vel latum excedat pilum; haud secus vti in Camino